

XVI.

DUCES MONTIS NIGRI,
seu de Montenegro.

STEPHANUS DE MARAMONTE, Zarnagora Dominus, nobilis Apulus ex Maramontensi gente in regno Neapolitano, cuius non semel meminit Scipio Ammiratus, uti vult Orbinus, quamquam Flavius Comnenus Dalmatam indigenam fuisse scribat, cum in aulam Balzæ Zentæ Domini, Georgii Strascimiri filii, & cognati, trajecisset, ab eo Montisnigri dominium obtinuit, quod quidam Ducatus titulo donant. Hujus portò stationibus cum Balza pacis ac induciarum foderā, quæ cum Venetis pepigerat, violasset, horum arma in se concitavit, quo durante bello, in Rassiam ad Despotam avunculum profectus, Stephano dominia sua tuenda commendavit. Verum Balza in hoc itinere mortuo anno M CCCC XXI. Zentā dimissā, in Apuliam concessit, quæ quidem capratā occasione Veneti, Zentam cum valido exercitu ingressi, hanc in potestatem suam redegere, cùm interim Serviæ Despota bello Venetos adortus, non modicam provinciæ iis partem ademisset. Flagrantibus deinde Venetos inter ac Servios bellis, Zentani Maramoto evocarunt, qui in Zentam appulsius anno M CCCC XXII. Georgium, cui Zentam commendaverat Stephanus Deipota avunculus, bello appetiit, receptisque compluribus oppidis, in cā fortuna sua sedem fixit, ubi VOISSAVAM, Magni Scanderbegi filiam, in conjugem obtinuit, & ex ea liberos aliquot suscepit, scilicet Ioannem & Georgium, qui Zarnovichii, vel de Cernovighio cognomen assumperunt; & Voissavam Luca Ducagino nuptam.

JOANNES ZARNOVICHUS, Montisnigri Dux, à Turcis fufus ac interfecitus est, in eo prælio, quod initium est in Campo Cimoufcheni in Zentā circa an. M CCCC. Petrus ejus filius Constantinopolim à Turcis transmissus, ac circumciditus, Scander, id est Alexander, appellatus est.

GEORGIVS ZARNOVICHUS, Joannis frater, ad Ragulinos confugit, relusto Stephano in Zarnagora, ubi septimus extitit huius regionis dominus, quam familia ista per XCV. annos possedit, ab anno scilicet M CCCC XLI. usque ad annum MDXVI. quo in Turcorum potestatem venit.

Porrò ditionibus suis exæsti à Turcis Cernovichii, Venetas concederunt, ubi eorum deinceps familia inter ejusce Reipublie nobiles locum obtinuit, cuius stemma ex Flavio hic describimus.

STEPHANUS CERNOVICHUS, postremus Zarnagora & Montis nigri dominus.

JOANNES CERNOVICHUS Dux Montis nigri, Nobilis Venetus. ux. CATHARINA ORIA. Paulus JUVINUS IN NOVICHUS. SALOMON CERNOVICHUS, in Hun. HELIAS CERNOVICHUS, in Hun. VOISSAVA LECCE. Horum non meminit Flavius. Bajazet I. Ducagini uxor.

GEORGIVS CERNOVICHUS, Nobilis Venetus.

CONSTANTINUS CERNOVICHUS Nobilis Venetus. ux. N. CONTARENA. Nobilis Veneta. SALOMON CERNOVICHUS, in Hun. HELENA CERNOVICHUS, in Hun. filia Musai Topix.

JOANNES CERNOVICHUS, Nobilis Venetus. ux. ORSETA VALERESSA, Nobilis Veneta.

VETOR, vel VICTOR CERNOVICHUS, Nobilis Venetus. ux. HELENA CONSTANTINUS. CALBA, Nobilis Veneta.

JOANNES CERNOVICHUS Nobilis Venetus, an. 1611. Cernovichiorum Venetorum insignia aquilam bicipitem auream coronatam, cum alis expansis in campo rubeo preferant. Famil. Dalmat.

Orbin. p. 294.

Ammirat. tom. 2.

p. 234. 2. 7.

Luccar. l. 3. p. 85.

86.

Hist. nostra CP.

l. 8. 2. 31.

Orbin. p. 182.

Luccar. pag. 99.

Orbin. p. 182.

Luccar. pag. 99.

Lucar. p. 311.

Lucar. pag. 99.